



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 1. Memorum contra mundi partes querelæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

¶ Lector (ad quem verba Mercurij ad filium facta trāsfero) Utinā tibi daretur facultas, ut Pimālarū adminiculo in sublimēaēris plagā volares, det. cap. 36
 mediamq; inter cœlum ac terrā, regionem sortitus, conficeres terræ quidem soliditatē, maris diffusionem, fluxum fluminum; aēris amplitudinem; ignis arctam celeritatem. O felicissimū, fili, spectaculū, ô beatissimam visionem! Si quidem uno lūminū motu, seriem totius mundi comprehenderes, immobilemq; factorem concitum, latentem quoque perspicuum cerneret.

C A P V T. III.

DEI opera iudiciaq; etiam in Fulminibus,
 & igne, & aëre; & reliquis iratis mundi elementis, esse laudanda.

§. I.

Momorum, contra mundi partes,
 querela.

Am est abundans Numinis bonditas, vt non solum in Filium, ac S. Spiritum redundārit, sed etiam in creaturas, velut extra familiam, sese effuderit, hominēmq; considerit, hominīsq; caussā, cætera omnia; vt existerent, de quibus, & in quos esset liberalis. Quod si totus mundus, hominis caussā, factus est,

partes

Vide Plu-
tarch.lib.
Aqua, an
ignis vti-
lior.

partes quoq; mundi, hominis causâ, erunt; cælū, terra, aqua, ignis, aér. De quarum partium pulchritudine, vtilitate, ac necessitate et si multi tractauerūt, & vel in pueros satis constat, vitium tamen alere videntur non-nullis. Vnde & Momos habent. Quid enim? siderum noxij sunt aspectus; in aëre vesa- niunt venti; colliguntur intempestiuæ plu- uiæ, quæ lapides effundūt; molestissimū est, per imbre, facere opus: ibi humor in pestē putreficit; ibi minatur fulguratio; terrent horridæ nubes; mugiunt rauca tonitrua. In mari procellæ & tempestates comouentur, & turbo totas classes dissicat; euertit, mer- git. Fluminū eluuiones, inundationēsq; a- quarum, quas non dederunt vastitates? In terra sterilitates, ac metuendi tremores; ille quidem homines, isti autem, & ciuitates, & homines hauserunt. Ab igne natæ sunt tot insignia domorum, tot magnarum vrbium populationes. Hæc talia imperitis Devs, si bonus est, in mundi partibus, censetur cre- are, aut permittere non debuisse.

§. II.

Magnam in Deum, è creatione Ignis & Ful- minis, gloriam redundare.

Verùm, vt à fulmine & igne, velut à Io- ue,